



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

V. Prius est de violenta electione, quam de canonica institutione,  
agendum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

mutatum esset in causa, postquam idem nuntius iter ar-  
ripuit ad nosveniendi: quia tamen non intelleximus, nec  
intelligere volumus, vt si quid per iudices delegatos fa-  
ctum esset, reuocaretur in irritum auctoritate nostrarum  
literarum; sed si quid presumptione vel violentia immuta-  
tum est, &c. discretioni vestræ, &c. quatenus si ante rece-  
ptionem literarum nostrarum, quas nuntius præfati H. su-  
per ipsa causa a vobis impetravit, memoratus episcopus &  
tu, fili archidiacone, super iam dicta ecclesia sententiam  
protulisti, eamdem, contradictione & appellatione cef-  
sante, ratam habeatis & firmam: nec eam obtentu literarum  
posteriorum reuocare tentetis, ita quidem, quod si  
contra sententiam ipsam aliquid statuisti, id sublato ap-  
pellationis remedio, & præfatum H. contra eamdem sen-  
tentiam venire nullatenus permittatis, sed potius senten-  
tiam, contradictione & appellatione postposita, faciatis  
auctoritate nostra inuolabiliter obseruari. Si vero post  
susceptionem sequentium literarum sententia lata fuerit,  
eadem sententia non obstante, in causa iuxta tenorem  
literarum ipsarum, appellatione postposita, procedatis,  
dummodo præfatus H. spoliatus fuerit, eadem sententia  
non obstante, & per violentiam spoliatus illud præstite-  
rit sacramentum.

## C A P. V.

*Jdem\* Lexouiensis episcopo. Pars capituli; In literis. supra  
de potestate iudicium.*

Quid si laicus a possessione ecclie esse eiectus, quam ei nulla ratione possidere licet?

Super illa quæstione, videlicet cum quis dicit se de pos-  
sessione violenter esse eiectum, & aduersarius dicit eum  
non fuisse canonice institutum, huiusmodi tibi damus re-  
sponsum: Prius de violenta eiectione, quam de canonica  
institutione agi debet: quia prædo etiam est secundum ri-  
gorem iuris restituendus.

C A P. VI. *Idem eidem in eadem.*

Item cum aliquis dicit se de possessione eiectum, vel ad-  
uersarium clam possessionem intrasse, & aduersarius ei  
crimen obiciat, vt eum ratione criminis a sua intentione  
repellat: non occurrit nobis, quod illius abiectione debeat  
admitti, vel executio principalis causæ propter hoc retar-